



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Scintillæ Ignatianæ, Sive Sancti Ignatii De Loyola,  
Societatis Jesu Fundatoris Apophthegmata Sacra**

**Hevenesi, Gábor**

**Coloniæ, 1715**

**VD18 10988289**

5. Octobris. Ratio juvandi proximi (quæ longè, ac latè patet) sanctis  
desideriis, precibúsque continetur. S. Ignat. ibid.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50423](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-50423)

## 5. Octobris.

*Ratio juvandi proximi (qua longè, ac late patet) sanctis desideriis, precibúsque continetur. S. Ignat. ibid.*

**Q**uò manus non possunt, pertingunt desideria; hæc nullo obice, nullis ter-  
tarum spatiis, vel temporis augstiâ, prohiberi se sinunt à destinato. Quod per lu-  
stra spatium pedes non conficerent, desi-  
deria momentō emetiuntur.

Si barbaras adire terras indipeta ne-  
queas, non est, quod admodum queraris;  
breviori viâ, & arctiori compendio iter  
age desideriis, & multa brevi, nec diffici-  
labore merita collegisti.

Ne tamen desideria vacua sint, pondus  
iis preces addent; ut quam tuæ non meres-  
tur inertia, pluribus Deus gratiam addat  
animas opere lucrandi. Sic hæc non tam  
illius sudori, quam tuæ pietati cedent in  
acceptis.

Pigra tamen desideria steriliora sunt,  
quam ut ex iis lauream aliquando metas;  
aliud est velleitas, aliud voluntas; simpli-  
cem complacentiam illa, hæc efficacem  
habet conatum. Ad hanc desideria tua co-  
tem revoca.

6. Octo-